Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Adso Dervensis, Vita Antichristi

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

De Antixpo.

Inprimis comprehendum est quia ideo dicitur Antixps quia in cunc-
tis xpo est contrarius et xpo contraria faciet. Xps venit
humilis, Antixps veniet superbus. Xps venit humiles
erigere, peccatores iustificare. Antixps humiles eiciet
et peccatores magnificabit, impios exaltabit et vi-
cia docebit, legem evangelicam dissipabit. Demonum
culturam in mundo revocabit, gloriam propriam queret, et
multos habebit infidelitatis ministros, ex quibus iam
precesserunt ut Antiochus, Nero et alii quam plures.
Nunc quoque nostro tempore multos antixpos novimus. Quicumque
enim laicus, sacerdos, monachus vel quicumque sui ordinis
regulam impugnat antixps et minister dyaboli nun-
cupatur. Sed modo de exordio antixpi videamus. Hec
autem que dicturus sum ex proprio sensu non fingo,
sed in libris autenticis diligenter legendo hec inveni.
Dicunt ergo auctores nostri dicunt antixpm ex populo Jude-
orum nascetur, scilicet de tribu Dan, secundum prophetam dicentem: Fiat
Dan sicut coluber in via et cadat ascensor eius retrorsum.
Sicut enim serpens in via et semita ambulat, ut eos
qui iustitia ambulant feriat et veneno sue mali-
cie occidat. Nascetur enim in Babilone de immundissima
meretrice, totusque in peccato concipietur, generabitur et na-
scetur. In generationis sue principio dyabolus simul
descendet in utero matris sue, et tunc dissoluet et ex-
ollet et seducet gentes in hoc, scilicet de quo Johannes dicit: Vidi
et apprehendit draconem qui est dyabolus et sathanas.
Hic est rex super omnes filios superbie. Et sicut in matrem
domini nostri Ihesu Christi venit Spiritus sanctus et eam sua virtute
obumbravit et divinitate implevit ut de Spiritu sancto con-
ciperet et quod nasceretur divinum esset et sanctum, sic et dyabolus
in matrem Antixpi descendet et eam totam replebit
et circumdabit et intus et extra possidebit. Unde
iste filius perditionis vocatur, quia in quantum potuit genus
humanum suo perdet, et ipse novissime perdetur. Lo-
cum ubi nasci debeat audite. Ita sicut dominus noster

ihus xps bethleem sibi providit vt ibi pro nobis huma-
nitatem assumeret Sic dyabolus illi homini perdicionis scilicet an-
tixpo locum aptum invenit unde radix omnium malo-
rum oriri debent scilicet babiloniam in chaldea civitatem Que
quondam inclyta fuit et gloriosa urbs gentilium
et caput regni persarum Antixps nascetur Beth-
sayda et corrosaym nutrietur et versatur Habebit
autem antixs magos et ariolos maleficos incan-
tatores et divinatores qui eum dyabolo inspirante
nutrient et docebunt omnem iniquitatem falsitatem et ne-
faria arte et maligni spiritus erunt duces et comi-
tes eius. Denique civitatibus dominus in ewangelio loquitur Ve
tibi bethsayda ve tibi corrosaym. Deinde Ierusalem
veniens omnes quos ad se convertere non potuit varia
tormenta iugulabit et suam sedem in templo pa-
rabit Templum eciam destructum quod Salomon deo
edificavit suo statui restaurabit et filium dei
omnipotentis se nominat Reges et principes ppdes
et alios quamplures ad se convertet Loca illa per que
dominus ambulavit et ipse ambulabit sed prius destruet
que dominus illustravit Deinde per universum orbem nun-
cios mittet et suos predicatores Predicatio autem eius
et potestas tenebit a mari usque ad mare ab orien-
te usque ad occidente ab aquilone usque ad septen-
trione Faciet quoque signa multa faciet ignem
descendere de celo terribiliter arbores subito flo-
rere et arescere mare turbari et subito tranquillari
naturas eciam in diversas figuras mutari aquas
contra cursum ordine duci Aera ventis et multimodis
commotionibus agitari et cetera mirabilia stupenda mor-
tuos in conspectu hominum resurgere ita in errore ducat
si fieri potest et electos. Sed mendacia erunt per magicam
arte et fantasia deludet Cum enim talia signa
viderint eciam illi qui perfecti et electi dei erunt du-

bitabit uita ipse sit christus qui in fine mundi venturus
est an non. Excitabit vero persecutiones sub omni celo sed
terrore et muneribus miraculis dabit in eum credenti
auri et argenti copiosos thesauros quia omnes thesauros
absconsos ei revelabuntur. quos autem muneribus vin-
cere non potest omnes miserabili morte trucidabit necabit
Tunc erit tribulatio qualis non fuit ex quo gentes esse
ceperunt usque ad tempus illud. Tunc hii qui in agris sunt fugi-
unt ad montes dicentes. Cadite super nos et cooperite
nos et qui super tectum non descendit in domum suam ut
tollat aliquid ab ea. Tunc omnis fidelis christianus qui
inventus fuerit aut deum negabit aut per ferrum ignem ser-
pentes bestias aut per diversa tormentorum genera peribit
si in fide permanserit. Hec est terribilis magna et tre-
menda tribulatio. Certo dimidio anno durabit
sed breviabuntur dies propter electos et nisi dominus abbreviasset dies
non fieret salva aliqua caro. De tempore autem quo
antichristus veniet vel quo dies iudicii adveniat dicit
paulus ad thessalonicenses. Rogamus vos per adventum domini
nostri ubi dicit. Quoniam nisi venerit dissensio primum. Et post
antichristus. Id est non ante venturum nisi venerit dissensio primum
id est nisi omnia regna mundi discesserint a romano im-
perio cui primo subdita erant. hoc autem tempus non dum
advenit. Licet videamus romanum imperium ex maxima
parte destructum tamen quamdiu reges francorum fuerint qui
romanum imperium tenere debent dignitas romani
imperii ex toto non peribit. Tradunt quoque doctores
nostri quod unus ex regibus francorum romanum ex integro
tenebit imperium qui in illo tempore erit magnus et ultimus re-
gum qui postquam regnum suum feliciter gubernabit
ad ultimum ierusalem veniens in monte oliveti sceptrum et coro-
nam deponet. hic erit finis et consummatio imperii ro-
manorum christianorumque statimque secundum predictam apostoli sententiam
antichristum dicunt affuturum et elevabitur ille homo pecca-
ti antichristus qui licet homo sit tamen erit fons omnium peccatorum
et filius perditionis. hic est filius diaboli non per naturam sed per

mutatoꝫ qꝫ opera ad implebit voluntate dyaboli
quia plenitudo dyabolice ꝑtatis ꝛ totius maliciosi
ingenij in eo habitabit in quo sunt omnes thesauri
malicie absconsi / qꝫ adversarius idest contrarius est xpo
ꝛ omnibus membris eius ꝛ extolletur super omne illud quod
dicitur deus ꝛ super omnes sanctos qui per gratiam dicuntur dij eius
quasi dij est ut Et super omnes deos gentium herculem
Jovem mercurium ut quos pagani deos super omnes
illos extolletur antixpus qꝫ maiorem ꝛ forciorem se fa-
ciet illis ꝛ non solum super hos / sed super id quod colitur i super
sanctam trinitatem que sola colenda ꝛ adoranda est ut
creator ab omni creatura sua Ita se extollet ut in tem-
plo dei sedeat ꝛ ostendat se tanquam sit deus Ita ut
supradictus natus in civitate babilonie veniam veniens
tunc videlicet iudeis dicit Ego sum xpus promissus qui
vos ad salutem vestram veni ut vos dispersos congre-
gem ꝛ defendam Tunc Ad eum omnes iudei concurrent
existimantes se xpum recepisse sed recipiunt dyabolum Unde
dominus in ewangelio dicit Ego veni in nomine patris mei ꝛ non
recepistis me sed alius veniet in nomine meo ꝛ hunc reci-
pietis Sic ex sibillinis libris habetur Tunc per cedu vir
tunc nomine est rex romanorum non grandis aspectu
decorus vultu splendidus divitie magne terra dabit
fructum suum ut modius idest metreta tritici uno
denario vendatur vini ꝛ olei sic Tunc exsurgunt
ab aquilone suasiones spurcissime quas allexander
rex conclusit gog ꝛ magog hij sunt xij reges quorum
numerus est sicut arena maris quod cum audierit Tunc rex
congregato exercitu debellabit eos ꝛ prosternet usque ad
internicionem Et post hoc habebit septimam diete Rex
romanorum in reditabit regnum Tunc omnes insu-
Insulas ꝛ civitates paganorum devastabit ꝛ universa
ydolorum templa destruet ꝛ omnes paganos ad baptismum
convocabit ꝛ per omnia templa crux xpi erigetur Judei con-
vertentur ad dominum Judicibus illius salvabitur Judas
Et his impletis veniet reliquum ꝛ ibi ut dicitur est